

mansuetudine togati, *calumniam* veracitate solidati: *Omnia* verò
in ipso, qui nos corroborat, Christo possumus, Phil. IV, II,

Sed de his aliquanto plura Nostri, quos, officiosè rogo, audire
 ne dedignemini, quum præsertim *duo posteriores* gratias quoque
 decentes sint acturi, pro eâ, quâ a puero usifruiti sunt, disciplinâ &
 eruditione, cujus specimen ante hunc annum quoque *MATTHÆUS*
versione duorum Psalmorum metricâ Latinâ exhibuit. DEUS ipsis
 quia tenuioris sortis sunt, in exteris etiam locis benignos Patronos
 largiatur, ut, quod patriæ jam tum debent, aliis quoq; debere inci-
 piant; Vobis verò, Patroni & Fautores honoratissimi, incolumi-
 tatem atq; tranquillitatem quâ domi quâ foris illibatam
 sufficiat & conservet.

P. P. Budiss. fer. Paschal, ann. MDCLXXV.

